



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 110. Oratio Papæ a Bessarione Cardinali excepta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

ditionem laudabili prodigalitare offere- Sæcul. XV.
bat, simulque palam profitebatur, nihil A.C. 1459.
eorum, quæ sibi præstanda indicaverint,
se recusaturum, nihilque aliud a Princi-
pibus inpræsentiarum exacturum, quam Labbe Collect
Conc tom. 13
p. 1751.
ut firmum, immotumque tuendæ religio-
nis studium, ac fidei ab omni periculo Aen. Sylv.
præservandæ voluntatem ostendant. epist. 397.

Præterea pollicebatur, se postea de me-
diis necessariis prospecturum, acturum-
que de pecuniis conquirendis, de *Ducibus*
eligendis, de *classibus instruendis*, ac de tem-
pore *expeditionis*, additque: *Nec difficilis*
erit hæc consultatio, quando *nec arma*, *nec*
equi, *nec naves*, *nec pecuniae*, *nec fortissimi*
milites, *nec peritissimi Duces Christianis* de-
sunt: dicebat tamen, timere se, ne since-
ra desit voluntas. Tanta animi atten-
tione quisque differentem percepit Pon-
tificem, ut nec verbum quidem hujus
Orationis congregatorum aures effugeret.

§. CX.

Oratio Papæ a Bessarione Cardinali excepta.

Cum sermonem absolvisset Papa, Bes-
sarion Cardinalis nomine S. Collegii
peroravit, ac haud pauciora, quam ipse
Pontifex, verba fecit, prolixius demon-
strans, quantam passi jacturam Christiani
essent occupata Constantinopoli, quæve
certo

Secul. XV. certo instarent mala, nisi Turcarum con-
A.C. 1459. atibus obviam iretur. His addit, victori-
am facili negotio esse reportandam, to-
tumque arduitatis cardinem in concilian-
dis omnium animis versari; tandem cun-
cta a Pontifice allata a Sacro Cardinalium
Collegio rata haberi professus est. Ora-
tione finita, quid decernendum esset, de-
liberatur, omnesque ceteri concordibus
votis in sententiam Pontificis iverunt.
Præ reliquis Mediolanensium Dux mili-
tari vere eloquentia se suaque omnia in ob-
sequium fidei obtulit. Criminabantur ve-
ro Cæsarem Hungariæ Oratores, quod il-
lis Turcarum bello oppressis & ipse mole-
stias adderet; His autem respondit Pon-
tifex, non eum locum esse, quo jurgia mo-
vere conveniret; se vero vel maxime in-
tentum fore pollicitus est, ut pax ad utri-
usque partis vota redderetur. His ita
peractis, omnes demum unitis animis
bellum esse gerendum decernebant.

§. CXI.

Bellum adversus Turcas decretum.

Cum de modo hoc bellum gerendi con-
sultatio fieret, plurim animis ea
insedit opinio, terra marique rem esse a-
gendam: proin quadraginta triremes &
octo grandiores naves instruendas; ter-
ra vero saltem quinquaginta millia ar-
mato-